



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 44. Severus Antiochia pellitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Thomas, & Nicostratus. Sæpius urgenti Sæculum VI.  
hanc rem Justinianus respondit; adeo A. C. 519.  
populo carum esse Eliæ Successorem, ut Ep. 53. 54.  
de eo pellendo consilium omnino abji- 55. Et  
ciendum existimaret. Expectaret Elias, p. 1526.  
donec eum fata vivis eriperent. Tho-  
mam, & Nicostratum restituendos, post-  
quam ceteræ Ecclesiæ ad unitatem re-  
diissent. Plura Pontifex non obtinuit.  
Justiniani Responsum 7. Jun. anno 520.  
datum est.

#### §. XLIV.

##### *Severus Antiochia pellitur.*

Post hæc Ecclesiæ Antiochenæ Episco- Sug. Dioſe.  
pus Catholicus datus, frustra illis, p. 1512. Ep.  
qui Ecclesiarum Pacem oderant, omni 54. ad Dioſe.  
conatu obſistentibus. Imperatori vide-  
batur, Dioscorum Diaconum, unum ex  
Legatis Pontificiis huic Cathedræ esse  
imponendum; quia vero Alexandriæ na-  
tus erat, Papa arbitrabatur, hunc virum  
longe utiliorem fore Ecclesiæ, si Episco-  
pus Alexandrinus ordinaretur, quam si  
ad remotam, & ipſi ignotam Regionem  
mitteretur. Legati existimabant, eli- Sug. Germ.  
gendum esse Episcopum ex illis Antio. p. 1514.  
chenæ Ecclesiæ Clericis aliquem, qui ab  
Anathemate contra Concilium Calcedo-  
nense a Severo pronunciato abstinuissent.  
His se alii opponebant dicentes: Om-  
nes qui in Communione S. Sedis vivebant,  
ſunt

**Sæculum VI.** *sunt Nestoriani, illis potius fidendum,*  
**A. C. 519.** *modo ad Eiusdem Communionem redeunt.*

Postquam ultra Menses tres tenuisset contentio, Justinus Imperatoria Auctoritate Presbyterum Ecclesiae Constantiopolitanae, cui nomen Paulus, ad tantum munus delegit. Cur istum præ aliis promoveret, inter alia dicebat, ipsum per annos duos Antiochiae versatum, semper Severo Hæretico fortissimum pe-

**Sug. Diosc.** ctus objecisse. Eadem Catholici omnes de viri constantia testabantur. Cum Paulum Constantinopoli ordinare vellent, obstitit Dioscorus Legatus, dicens, Papam jubere, ut secundum antiquam Consuetudinem in ipso loco & Ecclesia sua ordinaretur. Legati datis 29. Junii 519, litteris Papam de hac Electione certum reddiderunt.

**Evagr. IV.** Justinus Imperator Ireneo Comiti  
**c. 4. Liber.** Orientis, qui Antiochiae residebat, man-

**c. 19.**

data misit, ut Severum Anti-Patriarcham comprehensum deferri Constantinopolim curaret, factorum suorum rationem redditurum. Imo Vitalianus dicebatur petuisse, ut ei e gutture lingua avelleretur, quod ad populum dicens se conviciis lacerassisset. Interim Severus Irenei Comitis industriam fefellit; elusis excubis Antiochia excessit, & fuga salutem inventis faventibus noctis tenebris Mense Gorpée æra Antiochena 567. id est Mense Sept.

Sept. 519. Seleuciam delatus est, atque Sæculum VI.  
inde navigavit Alexandriam, ubi junctus A.C. 519.  
est Juliano Halicarnassensi, jam antea  
jubente Imperatore Sede sua pulso, quod  
Concilium Calcedonense rejiceret. Se-  
verum & Julianum amicissime excepit  
Timotheus Episcopus Alexandrinus, qui  
Dioscoro Juniori successerat. Impera- *Theoph.*  
tor Xenajam quoque Hieropolitanum, p. 142.  
Petrum Apamiensem, omnesque eorum  
complices in Exilium ejecit.

§. XLV.

*Theodoreti imago honoratur.*

Haud diu post hæc, allata sunt ad Im- *Conc. v. Coll.*  
peratorem Justinum Acta coram De-7 p. 560.  
fensore Ecclesiæ Antiochenæ conscripta.  
In iis referebatur ; priusquam Sergius  
Episcopus Cyrensis urbem ingrederetur,  
Andronicum Presbyterum, & Defenso-  
rem, & Georgium Diaconum, Theodo-  
reti Imaginem Currui impositam unacum  
ipso inter Psalmos in urbem introduxisse.  
Ipsum deinde Sergium, postquam Sedem  
Cyrensem cepisset, Festum ad honorem  
ejusdem Theodoreti, Diodori Tarsensis,  
Theodori Mopsuesteni, & Nestorii Hæ-  
resiarchæ, quem Martyrem appellabat,  
celebrasse. Econtra Delegati, quos Ser-  
gius miserat, Imperatori Acta alia coram  
Defensore Cyrensi conscripta tradide-  
runt; nunquam nomini aut honori Ne-  
storii